BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM
ET ROMANORUM
TEUBNERIANA

GRANIUS LICINIANUS

EDIDIT

M. FLEMISCH



LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.


DIESES·BUCH·GEHÖRT
TBG

GRANI LICINIANI
QUAE SUPERSUNT

RECOGNOVIT ET APPARATU CRITICO INSTRUXIT

MICHAEL FLEMISCH



LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MCMIV

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

PRAEFATIO.

Quinquaginta ferme anni sunt, cum **Georgius Henricus Pertz** ex codice musei Britannici ter scripto, quem a. 1853 primum inspexerat, a. 1855 tractare coeperat, Grani Liciniani librorum quae supersunt in lucem proferebat. Cui cum non contigisset, ut opus susceptum perficeret — neque enim ita valde in codice describendo profecerat, cum Berolinum redire coactus est —, **Carolus** filius, qui iam a. 1853 patrem comitaverat, a. 1856 iterum Londinum profectus laborem a patre inchoatum neque perfectum reagentiis, ut dicunt, chemicis adhibitis absolvit. Neque tamen ita magna caeli opportunitate usus esse videtur; nam continuis fere imbribus nebulisque obrutum vel medio diei tempore ad lucernas se confugisse ipse narrat in editionis suae praefatione. Itaque cum a. 1857 auctorem nuper inventum primum typis mandasset, multa emendatione indigentia restabant, multae lacunae in oratione contexta deshiscebant salvo editoris officio manenteque labore **Mommseni** et **Bernaysi**, qui multas emendationes attulerant. Quae res animos **septem adulescentium universitatis Bonnensis philologiae studiosiorum** exercere ita non desinebat, ut iam proximo anno Granī Liciniani quae supersunt ʻemendatioraʼ emiserint. Hac in editione etsi **Roberto Ungero** adiuvante multa probanda magnaque laude digna coniectantes contextum haud mediocriter emendarint, tamen plura invenias, unde philologorum Bonnensium Heptas prorsus abhorruisse videtur. Inde plurimi deinceps viri et doctrina et ingenio excellentes tempus consumebant, paene dixi terebant, in tractando et emendando auctore foedissime muti-

lato, ut volvendis et mensibus et annis aliquot emendationes Grani Liciniani etsi per multos libellos dispersae allatae sint. Atque homines doctos, qui hunc scriptorem etsi leviter modo attigerunt, commemorem cum honoris causa tum, quod ab eorum auctoritate adminicula satis firma repetam, quibus multas in editione a me curata emendationes fulciam. Sunt autem hi:
Nic. Madvig, Über den Granius Licinianus 1857 (Kleine philologische Schriften, S. 391 ff.); **C. M. Francken,** Jahrb. f. kl. Philol., 3. Supplb. 235 sqq.; **G. Linker,** Jahrb. f. kl. Philol. 77, 628 (1858); **K. Keil,** Jahrb. f. kl. Philol. 77, 640 sqq.; **C. Bursian,** Jahrb. f. kl. Philol. 77, 659; **C. G. Schmidt,** Philologus 13, 223 sqq.; **B. ten Brink,** Philologus 12, 590 sqq.; 13, 754; 21, 165; **C. Comparetti,** Rheinisches Museum 13, 457; **H. Heerwagen,** Jahrb. f. kl. Philol. 80, 170; **W. Fröhner,** Philologus 15, 302 et 619; **J. A. Wynne,** Philologus 15, 357; **H. Jordan,** Hermes 6, 210 (in commentariolo: Zu Ciceros Brutus); **E. Klebs,** de scriptoribus aetatis Sullanae, pag. 5, 13 et a.; **Reinach,** Mithridates Eupator (v. a. **Goetzio,** Lips. 1895, pag. 106 sqq.); **B. Maurenbrecher,** Prolegomena ad Sallusti historiarum reliquias, 1891; **Bienkowski,** de fontibus et auctoritate scriptorum historiae Sertorianae, 1890; **O. Dieckmann,** de fontibus et auctoritate Grani Liciniani, Berliner Studien für klassische Philologie und Archäologie 16, 3. Heft 1896; **Kornemann,** Deutsche Literaturzeitung 1897, col. 1333 sqq.; **H. Peter,** Berliner Wochenschrift für klassische Philologie 1897, col. 799; **F. Rühl,** Berliner philologische Wochenschrift 1898; **E. Wölfflin,** Jahrbücher des archäologischen Instituts in Rom 1900; idem, Rheinisches Museum 1902, 318; **M. Flemisch,** Granius Licinianus, eine text-, sprach- und quellenkritische Untersuchung; idem, Archiv für lateinische Lexikographie, herausgegeben von E. Wölfflin 9, 265.

Quare non supervacaneum fuerit, quod **Guido Camozzi,** vir doctissimus, natione Italicus, qui iam in 'Ri-

vista di Filologia' 28, fasc. 2, 268 sqq. (1900), quibus ex fontibus Granius hausisset, disputaverat, omnibus omnium, qui huius auctoris fragmenta attigerant, emendationibus diligentissime congestis novisque additis suis tertiam Grani editionem curavit. Quamquam hisce ipsis temporibus nonnullae dissertationes et commentariola haud parvi momenti ad emendandos Grani libros scripta et divulgata sunt, quae cum eodem tempore, quo Camozzi editionem parabat, vel paulo post ederentur, nullo modo ab illo respici poterant (cf. quae in 'Archiv für lateinische Lexikographie' 12, 440 disputarim de hac re), ut sincera quaedam et integra imago Grani Liciniani orationis, qualis nunc est, ex editione a Camozzio curata non elucere videatur.

Quodsi cunctabundus quidem et resistens perpaucis annis interiectis Grani Liciniani libros, quantum eorum exstat, recognoscere et emendare eorumque novam editionem curare aggressus sum, qua novissimae emendationes non solum divulgatae typisque mandatae, sed etiam ad hoc tempus, ut Horati verbis utar, a me pressae continerentur, cum **E. Woelfflinio** hortante et stimulante tantum laboris subii, tum quia, quamvis exigua et obscura sint fragmenta, tamen 'applicatione quadam animi, non cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura' ad scriptorem adducor, cuius 'chartulas' per complures annos etiam atque etiam volverim.

Atque in editione curanda enixe operam dabam, ut contextum, quantum possem, emendarem lacunasque passim hiscentes explerem. Quo in labore perficiendo etsi non ignoro opus fuisse, ut codicem denuo inspicerem accuratissimeque conferrem, tamen cum nuntio codicem remedio illo chemico a C. Pertzio ad scripturae restitutionem adhibito deletum esse allato (cf. Dieckmann l. c. p. 13, not. 2) id susceptum haud magni esse mihi videretur, cum omnes dissertationes et commentariola, quae sunt de Granio Liciniano, tum primam illam editionem a C. Pertzio et alteram a Heptade philologorum Bonnensium curatam, quarum utraque collatio a C. Pertzio facta continetur, et

tertiam, quam G. Camozzi curavit, adhibere satis habui. Omnes emendationes a doctissimis, quos supra dixi, hominibus allatas diligentissime examinabam ac si quae mihi probabiles visae erant, in contextum recipiebam, multas novas ipse proferebam collatione C. Pertzii nisus et scripturae reliquias acuratissime excutiens et respiciens et divinatione quadam verborum contextum et rerum connexum coniectans.

Non ignoro quidem maiore me nonnunquam fuisse audacia fortasse, quam quae omnibus probetur. At est auctor, quo in emendando omnes rationes, quas existimatores in scriptoribus veteribus iudicandis sequi solent, tamquam ut ad scopulos allidantur et dirimantur, quo in sanando haud scio an illa ratione ac via uti non alienum sit, quam medici Graeci *κάειν καὶ τέμνειν* appellare consueverant.

In **apparatu critico** non modo codicis scripturam, quantum mihi ad emendationes confirmandas et explicandas opus esse videbatur, sed etiam eas coniecturas, quas in contextum recipiendas non esse putabam, religiose et diligenter posui et si quae coniecturae a me ipso factae in contextum insertae erant, quarum consuetudinem et usum, cum non in aperto esse viderentur, edocenda esse censui, testimonia ex aliorum scriptorum auctoritate repetita eodem attuli.

Praeterea inter contextum et apparatum criticum **eos aliorum scriptorum locos, quae ad res a Granio Liciniano relatas pertinent,** adnotandos esse iudicavi, primum quidem, quod haud exiguae emendationes et a ceteris existimatoribus et a me allatae illis fulciri videntur, deinde quod multos locos, ut est oratio quasi abrupta et abscisa, non plane intellegas nisi illis collustrentur, postremo quod aliquot enuntiata magni momenti mihi esse videntur, unde quos ad fontes Grani Liciniani libri referendi sint excutiatur.

Ac de **fontibus** huius scriptori cum a Camozzio aliisque tum a Dieckmannio subtilissime et doctissime dispu-

tatum est neque homines docti plane consentiunt. Ego quid de fontibus Grani iudicem, in dissertatione mea (v. s.) explicui, ubi in extremis chartulis scripsi: „Wir fassen das Ergebnis unserer Quellenuntersuchung in folgende Sätze zusammen: 1. Granius gibt eine Geschichte des römischen Volkes im Grundriß und zwar nach Vorlage der **Epitome** des Livius. 2. Dieser Grundriß hat aber eine bedeutende Erweiterung erfahren durch zahlreiche größere Einlagen. Letztere sind indes ganz anderer Natur als die fortlaufende Geschichtserzählung. Hier liegt **eine** Quelle zu Grunde, und dieser ist nichts entnommen als die nackten historischen Tatsachen, dort haben wir es offenbar mit **Quellenkontamination** zu tun, und der Autor ist redseliger. Es ist aber nicht wahrscheinlich, daß diese Quellenvermengung erst in dem Augenblicke geschah, als Granius sein Werk schrieb. Diese Exkurse, wie der über die römische Reiterei, und Biographien, wie die des Antiochus Epiphanes und Sokrates Chrestus, bilden in sich abgeschlossene Partien und sind mit dem fortlaufenden Grundriß nur obenhin verkittet. Das gibt uns zu der Vermutung Anlaß, daß Granius dieselben schon parat hatte, als er sein Werk zu schreiben begann, und daß es wohl möglich ist, daß sie aus Excerpten genommen sind, die sich der Verfasser schon früher aus verschiedenen Autoren zusammengestellt hatte und die sich der Hauptsache nach auf Raritäten erstreckten der Geschichte sowohl als anderer Gebiete.

Wir formulieren daher unser Gesamturteil über Granius folgendermaßen: Granius hat einen **Grundriß der römischen Geschichte** entworfen, der ihm aber nur die Handhabe bieten sollte, an der er die Ergebnisse seiner Suche nach **Antiquitäten** und **Kuriositäten** auszukramen gedachte. Er ist also fast mehr **Antiquitäten- als Geschichtsschreiber im eigentlichen Sinne.** Fassen wir aber Granius von der letztern Seite, und zwar mit Rücksicht auf das **Gerippe** seines Werkes, das eben doch ein **Geschichtsabriß** ist, so müssen wir allerdings . . .

den Worten Madvigs beipflichten: **Die Schrift war ohne Zweifel ..... ein Auszug der römischen Geschichte, wesentlich aus und nach dem Livius.**“ Neque adhuc causae rationesque allatae sunt, quibus rationibus ea sententia imminuatur.

At Granium Licinianum non ex ipsius Livi a. u. c. libris hausisse, verum ex **epitoma** illa, quam Tiberio imperitante scriptam esse homines docti edocuerunt (cf. Sanders, Die Quellenkontamination im 21. und 22. Buch des Livius, erster Teil. Diss. inauguralis Monacensis, 1897 et Frid. Drescher, Beiträge zur Liviusepitome. Diss. inauguralis Erlangensis, 1900), in diss. mea p. 58 sqq. tria argumenta attulisse censeo.

De **nomine** scriptoris, item de **usu verborum** et **vetustate** cf. ibidem. Multa quidem in medium profert Dieckmann, unde efficiat Granium altero p. Chr. n. saeculo ponendum esse, et ego scriptorem inde ab ducentesimo p. Chr. n. anno fuisse cum aliis testimoniis tum indiciis ex usu verborum repetitis, quae sunt: **auscultare** (p. 12, 3), **nostro corde noscere** (p. 8, 3), **derepente** (p. 13, 7), **scio quod** (p. 2, 9, cf. Arch. XI, p. 266), **nam** (p. 6, 7 et 11, 2), in diss. mea p. 11 satis edocuisse arbitror.

Postquam perpauca adnotavi, quae ad Grani Liciniani scribendi rationem, fontes, usum verborum, vetustatem pertinent (plura legas ap. C. Pertzium, Dieckmannium, in diss. mea et a.), non alienum esse videtur de **librario** codicis paululum disserere. Non iteraturus sum quae C. Pertz (praef. caput V et VI) amplioribus verbis explicuit, ut nihil iam adnotem de forma litterarum, quas maximam partem capitales intermixtis uncialibus atque recentioribus fuisse ibi legas, neque de orthographia codicis, qua in re persaepe et vocalium litterarum et consonantium permutatio facta est, neque de compendiis a C. Pertzio diligentissime congestis, nisi quae cum munere emendatoris artissime cohaereant.

Quod enim p. 24, 7 scripsi: ‘**quinque et sexaginta milia peditum, equorum quindecim milia**’, haec

coniectura confirmatur potissimum compendio Q·. Cf. diss. meam p. 45: „Pertz schreibt QUINQ·. So hat Granius aber nicht 'quinquaginta' gekürzt, sondern quinque. Ferner steht vor 'peditum' (Heptas) TA, die Überreste zweifelsohne eines nomen numerale, das zwischen 'quinque' und 'peditum' größtenteils ausgefallen ist. Nun sagt App. Mi. 49: *ὀκτὼ μυριάδων στρατὸς ἤθροιστο* .... Granius gibt aber nicht die Gesamtzahl; denn 'peditum equorum' ist nicht notwendig durch die Kopula 'que' verbunden zu denken. 'O' scheint der Rest eines Zahlwortes zu sein: O-U-V. Vgl. ferner App. l. c.: *καὶ τῶν πολεμίων ἀπώλοντο μὲν ἀμφὶ τοὺς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους καὶ τούτων ἦσαν* **οἱ μύριοι ἱππεῖς** *μάλιστα*. Nun liegt der Gedanke nahe, daß die Reiterei in jener Schlacht größtenteils gefallen sei; wir werden darum kaum fehlgehen, wenn wir dieselbe auf ca. 15000 Mann schätzen. Der Strich über XV kann entweder vom Abschreiber oder von Pertz übersehen worden sein. Daraus ergibt sich im Hinblick auf die Angabe Appians, daß in der genannten Lücke mit Wahrscheinlichkeit 'sexaginta' zu schreiben ist.“

Deinde non mireris, quod librarius, ut est munus describendi laboriosum et id, quo vel mens vel oculi vel manus fatigentur, neglegentia quadam vel potius fatigatione hic illic vocabula vel omisit vel bis scripsit. Qua re scripturae codicis semel et saepius obscuritas allata est. Si enim p. 24, 3 accuratius inspexeris, versum excidisse intellegas. Exstat quidem haec scriptura:

SULLAATHENASRE
..RSUSINPRINCIPESSE
...ONISETNOXIOSANIM
....LENTIUSNECATISRELI
...SNECATISRELIQUIS.

In quarto versu utique litterae 'UIO' supplendae sunt. At non iam spatium exstat, in quo spatio 'ADUERTIT' ponas. Neque fieri potest, ut scriba has tantum litteras omiserit; nam connexus rerum mira quadam obscuritate obumbraretur adverbio 'violentius' sine dubio ad verbum

'necatis' pertinente. Quare scribam totum versum inter tertiam et quartam lineam omisisse censeo. Est ergo inter 'animadvertit' et 'violentius' lacuna indicanda. Excidisse videtur eadem fere res, quam Appianus servavit Mi. 37: *τοῖς δὲ ἄλλοις συνέγνω.* Ex vocabulis '**necatis reliquis**' bis scriptis nomen '**Mithridates**' excutias, cuius ad res Granius in versibus, quae sequuntur, sine dubio deflectit.

Hac **dittographia,** quam vocant, Grani oratio etiam aliis locis depravata videtur:

p. 5, 1 ex codicis scripturae reliquiis (cf. app. crit. ibidem) hoc enuntiatum mihi quidem elucere videtur: **balneas publice petere . . . . . perfusus unguentis;** alterum 'balneas' dittographiam iudico. Neque tamen arbitror hac coniectura totum hunc locum explanari. Quod Bonnenses coniectant 'potare cum plebe', non probabile censeo; nam Antiochum non in epulis comisationibusque 'unguentis perfusum' fuisse, sed in balneis Polybius testatur 31, 4. Codex quidem exhibet '. . . . UEL'; quare cum non iam appareat, quid exciderit, inter 'petere' et 'perfusus' lacunam indicavi.

p. 30, 3 codex exhibet: 'ADREGEMFECIT|REGEMREFERT'. Hac dittographia '**Mithridates**' excidisse videtur, quod nomen pro 'regem fecit' substitui.

In enuntiato, quod modo attuli, etiam syllabam 'GEM' commutatum esse censeo cum syllaba 'FERT'. Quare legendum iudico **'ad Mithridatem refert regem'.** Eundem lapsum librarii, quem Graece *μετάθεσιν* dicere solent, etiam p. 28, 6 adesse puto, ubi codex exhibet 'RUC . . |', ego constitui **'Curio'.** Et ex simili errore etiam ortum esse videtur, quod exstat p. 16, 4. Sine dubio legendum 'is ergo cum mille circiter **numero** collectis'. 'NUMERIS', quod codex exhibet, a librario falso scriptum esse videtur, quod 'COLLECTIS' in litteras 'IS' exit.

Postremo mirum, quod plura quam pro fragmentorum exiguitate enuntiata vel constructiones exstant, **quas Grani**

non esse pro certo habeas. Exclusi enim: p. 13, 11 '**Cn. Mallius ob eandem causam quam et Caepio L. Saturnini rogatione e civitate plebiscito eiectus**', quod enuntiatum a Pertzio, Dieckmannio, Camozzio servatur, a philologorum Bonnensium Heptade eiicitur et recte quidem (cf. diss. meam p. 24). Deinde p. 14, 1 app. crit. '**hoc anno Cn. Pompeius natus est atque Cicero**' non Grani esse iam Madvig iudicavit (l. c.), qui scribi vult: 'Rutilius consul collega Mallii [hoc anno Cn. Pompeius natus est] solus supererat reipublicae. Itaque [adque Cicero] cum . . .'. Ego melius esse arbitratus sum hanc interpolationem, qua oratio Grani contexta prorsus inepte dirimeretur, totam e contextu remotam in app. crit. tantum adnotare. Haud aliter iudices de enuntiato p. 27, 9: 'Ariobardianem ut servum respuit'. Servatur quidem id a C. Pertzio, Linkero, Dieckmannio, Camozzio; Bonnenses etiam 'gratia P. R. reconciliata' uncis includunt. Utrique errant: verba 'reliqua classe' non tam facile transmutes, quam Linker putare videtur; nam primum quidem non verisimile est hanc mutationem a librario factam esse; credas potius illum, si ea verba omisisset, plane neglecturum fuisse velut p. 24, 3; deinde enuntiatum 'gratia P. R. reconciliata' non cum altero illo 'Ariobardianem ut servum respuit' cohaeret, sed arte coniunctum est cum 'his compositis' et 'reliqua classe in Pontum proficiscitur', ut 'Ariobardianem ut servum respuit' prorsus inepte inter haec enuntiata irrepsisse videatur; glossema fuisse censeam ab altera manu in margine adnotatum, ut quantum interesset inter clementiam P. R. et Mithridatis crudelitatem, luculento exemplo illustraretur. Adfuisse quidem Ariobardianem Dardani una cum Sulla et Mithridate non negarim (cf. Plut. Sulla 24: *Ἀριοβαρζάνην δὲ αὖθις καὶ Νικομήδην τοὺς βασιλεῖς προσαγαγὼν διήλλαξεν*); quod autem apud Granium hoc loco memoratur, alteri, ut iam dixi, manui vitio vertendum censeo.

Quod porro p. 31, 7 exstat: '**Et Murena ex Asia triumphavit, et Valerius Flaccus ex Celtiberia et**

Gallia', quod enuntiatum ceteri servari volunt, id a me eiicitur, ut a rerum connexu prorsus alienum. Granius non rationem temporum neglexit, ut Camozzi putat, sed haec coacervatio, ut ita dicam, triumphorum inde exorta sit, quod eadem illa altera manus, quae annum natalem Ciceronis et Pompei adnotavit (v. s.), hoc quoque loco — cogites triumphos comparandi causa — adnotationem marginalem fecit. Item p. 32, 6: '**is Cn. Carbonis frater fuit'**, quod explicandi causa ad 'occiso Carbone praetorio' in margine adnotatum censeo, et p. 32, 9 'anno superiore', qua adnotatione 'iam ante' explicari videtur, uncis circumclusi. Censeo igitur has omnes interpolationes, quas modo in medium protuli, **glossemata marginalia** existimanda esse. Neque tamen apparet, ad quem ea referenda sint; alteram manum tantummodo dico fuisse. Neque magis in aperto est, utrum a scriba huius codicis in contextum inserta sint an iam antea irrepserint.

Hac occasione data non praetermiserim, quin de aliis locis sive a me emendatis sive adhuc non plane collustratis pauca addam:

p. 1, 1—9 . . . **Rutilius memorat — vel non nominabant]** ni fallor, enuntiato: 'Rutilius memorat — pro patria' continua rerum narratio interrupta est et enuntiato, quod sequitur: 'Similis illis . . . . .' contexitur. Neque tamen apparet, quae res hac chartula contineantur. Pro certo tantum habeas magnas aliquas fuisse. Atque Woelfflin monet pugnam ad Pydnam factam. Mihi quidem Camerinae in mentem venit, ubi C. Atilius Calatinus consul Romanus eiusque exercitus primo bello Punico devotione Calpurnii Flammae tribuni trecentorumque militum delectorum servatus est. Cf. Cato ap. Gell. 3, 7; Liv. per. 17; Flor. 1, 18; Oros. 4, 8; Ampelius 20, 15. Quare lacunas hunc in modum explebam: 'Similis ⟨illis⟩ fortitudine ⟨Calpurnius cum⟩ venissent ⟨ad illum collem, se⟩ hostibus inmisit. ⟨Quo saucio⟩ milites ⟨circumventi tempus⟩ extraxerunt, dum ⟨legiones⟩ evaserunt. Trecenti ⟨autem gladiis perfossi⟩ ceciderunt ⟨omnes⟩, quos impera-

tor convocaverat ad consilium ⟨in⟩ commune capiendum'. At nomen numerale 'trecenti', quod Heerwagen coniectavit, pro certo non legam; neque nomen 'Caius', quod Pertz et septem Bonnenses scribunt, plus habet auctoritatis; nam praenomina Granius ut fere scriptores Romani per compendia scribit. Atque etiamsi 'Caius' hoc loco legendum esset, quid? Nonne nomen tribuni positum censemus? Quare non habeo, unde coniecturam meam satis confirmem, ut eam in contextum recipere audeam. Quodsi 'Rutilius' (v. 1) a me recte coniectatum est, non alienum sit res aliquas bello Iugurthino gestas commemorari, ubi Rutilius legatus Metelli fuit. Cf. Sall. b. Iug. 50 et saepius.

p. 2, 5 **cultu Castoris]** non mirum, quod Castor unus memoratur fratre Polluce neglecto; cf. Cic. Verr. 2, 1, 129: aedes Castoris; item div. 1, 98, quamquam aedes et Castoris et Pollucis sacra erat.

p. 2, 6 **duos celsos — continere]** cf. Furtwaengleri adn. in Rosch. Lex. s. v. 'Dioscuren': ein Dioskur allein kommt auch vor, z. B. in Suessa, **Reiter mit 2 Rossen,** Pilos, Palmzweig.

p. 5, 4 **Dianam ducere uxorem]** non alienum videtur communicare, quod Seneca suas. 1 de simili re narrat: cum Antonius vellet se Liberum patrem dici et hoc nomen statuis subscribi diceret, habitu quoque et commeatu Liberum imitaretur, occurrerunt venienti ei Athenienses cum coniugibus et liberis et *Διόνυσον* salutaverunt .... dixerunt despondere ipsi in matrimonium Minervam suam et rogaverunt ut duceret. Antonius ait ducturum, sed dotis nomine imperare se illis mille talenta.

p. 5, 4 **ceteris epulas instruentibus vasa e sacro protulit]** non probabilis videtur Keilii coniectura; credam potius Antiochum, qua erat dementia, ipsum vasa e sacro protulisse vel proferri iussisse; quare scripsi 'protulit'.

p. 5, 7 **e deae donis]** 'donorum', quod Bonnenses volunt, valde abhorret a scriptura, quam codex exhibet; neque magis probetur, quod Froehner proponit. Nempe

anulus ille donum deae iam antea erat; quare obscurum mihi videtur scribere: 'quem unum omnium deae donum reliquit', et Dieckmannii coniecturam accepi.

p. 5, 7 **Graccho iterum, cuius paulo antea memini, consule]** omnes coniecturae adhuc allatae reiiciendae sunt, 'meminisse de' abhorret ab consuetudine scriptorum Latinorum; cf. Krebs-Schmalz, Antibarbarus s. v. 'memini'. 'consule', quod exhibet codex, servandum.

p. 6, 1 **turpiter perit]** nulla coniectura adhuc allata satis confirmari potest. 'turpiter' convenire videtur non modo ad reliquias scripturae codicis, sed etiam ad genus mortis, quam obiit Antiochus; etsi ne haec quidem res plane perspici potest. E re esse videtur locum alterius Maccabaeorum libri 1, 13 in medium proferre: Cum in Perside esset dux ipse et cum ipso immensus exercitus, cecidit in templo Naneae consilio deceptus sacerdotum Naneae. Etenim cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus et amici eius, et ut acciperet pecunias multas dotis nomine; cumque proposuissent eas sacerdotes Naneae, et ipse cum paucis ingressus est intra ambitum fani, clauserunt templum, cum intrasset Antiochus . . . . . . mittentes lapides percusserunt ducem. Polybius eandem rem attingit 31, 11 (cf. infra p. 6).

p. 7, 10 **nuntiatus]** non est, quod tempus mutetur; nam antecedit 'repertum' et codex exhibet 'NUNTIATOS'.

p. 8, 2 **De fratribus]** non modo haud ita valde abest a scripturae vestigiis, sed etiam convenit ad rem. Sententia huius loci nempe haec est: non omnia mirabilia in medium proferam ut satis nota; quod vero his duobus fratribus accidit, tam memoratu dignum est, quod nullo modo omittam.

p. 8, 5 **Ti. Gracchus]** mirum, quod nemo adhuc hoc nomen perspexit. Est idem Ti. Gracchus, quo consule Antiochum Epiphanem mortuum esse Granius tradit. Et ex nominibus 'Asturibus' et 'Iberis', quae illaesa paene exstant, facile intellegas res a Ti. Graccho in Hispania gestas hoc loco adnotari a Livio memorata lib. 40, 47—50.

p. 8, 7 **Qui cum augurales libros legeret]** non iactem hunc locum foedissime mutilatum a me restitutum esse, tamen partem aliquam emendasse mihi videor vestigiis scripturae accuratissime perspectis. Neque vero patet, quo modo hic locus cum eo, qui antecedit, cohaereat. Nam Gracchum illam epistulam ex Sicilia ad collegium augurum misisse constat. Quare propensus sim putare scriptorem digressum facere ab continua oratione eodem ferme modo, quo vitam Antiochi Epiphanis et vitam P. Lentuli p. 9, 6 descripsit (de hac scribendi ratione cf. diss. meam p. 60 sqq.).

p. 10, 7 **vita turpiter privatus est]** Heptadis coniectura valde refutatur scripturae reliquiis. De morte Antiochi cf. App. Syr. 46.

p. 12, 5 **ut desperata pace adorti sint postero die]** 'capta', quod se legisse H. Pertz confirmat, C. Pertz ceterique retinent, ex contextu submovi ut plane obscurum; librarii neglegentiae crimini vertendum videtur.

p. 12, 7 **Neque adduci potuit]** Dieckmann hoc enuntiatum paululum supra post 'voluit' (v. 1) transponendum censet. Minime vero. Cimbri postero die adorti sunt (sc. castra Mallii, quae hostium castris propiora erant). Caepio non multum aberat neque vero simultate quadam motus adduci potuit, ut exercitum iungeret (cf. diss. meam p. 18).

p. 13, 3 **quo . . . . . ludi sacri]** excidit, ut videtur, nomen proprium aliquod aut loci, quo loco, aut dei, cuius honoris causa ludi futuri erant.

p. 13, 5 **morsibus multos invadere]** scriptura codicis servetur.

p. 13, 10 **Amata]** Vestali nomen Amata mfuiss emonet Froehner. Cf. Preller, Myth.[3] 2, 161.

p. 15, 1 **suasissent]** sc. carmina Sibyllina. De connexu rerum cf. diss. meam p. 24 sq.

p. 17, 5 **praefecit]** sic cod. idque servetur.

p. 19, 1 **Marii iussu]** mutilatum codicem censeo, qui exhibet: 'MARIUSIUGULATI' fortasse pro 'MARIIIUSSUIUGULATI'.

p. 19, 7 **fuit, sed]** cod.: FUISSETET; neglegentiae scribae crimini dandum, nisi 'ETET' dittographiam iudices et 'fuit' ex 'FUIS' excutias.

p. 19, 6 **At]** supplendum mihi visum, quod contraria esse censeo duo enuntiata. „Hätte genommen werden können" vocabula 'capi potuit' in nostrum sermonem vertas.

p. 25, 1 **numero circiter decem milia]** 'septuaginta', quod posuit Heptas, iam a Camozzio remotum est, neque tamen 'decem' substitui cum illo, sed 'numero', quod optime convenit ad usum verborum. Cf. p. 6, 8 et p. 16, 4; 'decem' potius ante 'milia' ponendum est. De hac emendatione cf. diss. meam p. 46.

p. 25, 5 **ferocius]** cf. App. Mi. 49: *ἀσθενῶς δὲ τῶν Ῥωμαίων . . . . . μαχομένων* (sc. primo die).

p. 28, 7 **eique adiecit Paphlagoniam]** 'qui post est appellatus Philopator', ut Heptas scribit, e contextu removi; nam 'Paphlagoniam' codex sine dubio exhibet. De re cf. App. Mi. 21. Mithridates Paphlagonia potitus, sed a Sulla eam reddere coactus erat (Gran. p. 27, 1; Plut. Sull. 22), neque scio an Nicomedi, amico et socio populi Romani, data sit. De structura cf. Iust. 1, 2, 8: Aethiopiam quoque imperio adiecit.

p. 28, 7 **Comis et mansuetior ille . . . .]** cf. diss. meam p. 67 sqq.

p. 29, 1 **regnum — exsequebatur]** de re cf. diss. meam p. 68; de vi et structura verbi 'exsequi' cf. Plautus Trin. 686 (egestatem exsequi), Men. 982, Capt. 191. Coniectura 'Socrates' confirmatur enuntiato, quod sequitur: 'satis exercitus in priore fortuna', quam 'fortunam' Socratis interpretandam esse, quae sequuntur inde ab 'nam postquam' luculentissime edocere videntur.

p. 29, 9 **filius Aristonicae]** codex mutilatum, sed postulatur connexu rerum.

p. 30, 3 **Hanc Socrates ad Mithridatem refert regem ad bellum contra fratrem incitavisse]** de coniectura 'Mithridatem refert regem' iam supra explicui; de connexu rerum cf. diss. meam p. 69 sq.; expedit afferre,

quae apud App. Mi. 10 servantur: *Νικομήδει δὲ τῷ Νικομήδους τοῦ Προυσίου, Βινθυνίας ὡς πατρῴας ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποδειχθέντι βασιλεύειν, Σωκράτη τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Νικομήδους, ὅτῳ χρηστὸς ἐπώνυμον ἦν, μετὰ στρατιᾶς ἔπεμψε· καὶ τὴν Βιθυνῶν ἀρχὴν ὁ Σωκράτης ἐς αὐτὸν περιέσπασεν,* et 57: *Νικομήδης δὲ αἰτιᾶται μέν σε καὶ Ἀλέξανδρον αὐτῷ τὸν τὸ σῶμα τρώσοντα ἐπιπέμψαι, καὶ Σωκράτη τὸν χρηστὸν ἐπὶ τὴν ἀρχήν, καὶ τάδε αὐτὸς ἀμυνόμενος ἐς τὴν σὴν ἐμβαλεῖν.* Dicit quidem Appianus Socratem a Mithridate ad bellum contra fratrem incitatum esse, *ἡσυχάζοντα καὶ δικαιοῦντα τὸν πρεσβύτερον ἄρχειν* (l. c. 13), neque tamen legatis causam Nicomedis defendentibus ita magnam fidem habeas; nam ex Grani etsi mutilatis verbis cognoscas Socratem Nysa auctore a fratre regno depulsum et a Mithridate benigne receptum esse, quem eum impulisse censeas, ut fratri bellum inferret.

p. 35, 1 **et consules dato exercitu — legatum suum praemisit]** non dubium, quin tumultus Lepidanus describatur, neque tamen, quis connexus rerum verborumque contextus sit, plane apparet.

Non in animo erat unamquamque coniecturam etsi leviter tantum perstringere. Longum est. Ceterum emendationes ab aliis viris doctis allatae confirmatae sunt in libellis a me supra notatis, et multarum coniecturarum et emendationum rationes et argumenta ex apparatu critico locisque historicis a me in medium prolatis elucere mihi videntur. Non ignoro ne hunc quidem laborem ab omnibus partibus perfectum et absolutum esse, sed quod, quantum in me erat virium et roboris, in eum auctorem contuli, in quem et vulgare illud ‘omnem humanam scientiam mancam esse’ et alterum ‘et voluisse sat esse’ mirum in modum convenire videntur, hoc libellum emissum bona cum venia excipiatur et benigne iudicetur.

Restat, ut **E. Woelfflinio,** equiti illustrissimo, qui non modo, ut iam supra dixi, ad Grani quae supersunt edenda me stimulavit, sed etiam cum scientia illa atque doctrina, quae quanta in eo sint nemo doctus est qui

nesciat, tum benevolentia atque affabilitate omnibus quibus contigerat, ut cum eo essent, satis nota egregie me adiuvit, itemque **Heraeo,** doctissimo viro, qui litteris per E. Woelfflinium mihi datis aliquot Grani Liciniani emendationes mecum communicavit, gratias agam plurimas.

Scripsi Monachii mense Februario a. 1903.

M. Flemisch.

INDEX NOTARUM.

P = Carolus Pertz.
H = Philologorum Bonnensium Heptas.
M = Theodorus Mommsen.

Nomina ceterorum, qui emendationes Grani emiserunt vel per litteras mecum communicaverunt, per compendia non scripsi; eas coniecturas, quibus nomen auctoris additum non est, ad me ipsum referri velim.

| = finis versus.
|| = finis columnae.
‖ = finis paginae.
⟨ ⟩ = supplevi.
[ ] = exclusi.

GRANI LICINIANI

Liber XXVI. (?)

... R*u*tiliu*s* me*mo*|rat *con*sules atque ⟨duces, qui⟩ || ... *a*nimis hostem in | *pug*na acerrima *fre*|*ger*a*nt*, semet etiam | *de*vo*ve*rant, ut in | ⟨medios hostes se inmitter|ent⟩ ac vi*t*am ⟨profundere|nt pro⟩ *patria*. *S*imilis ⟨illis⟩ .. | .... neca*tis* ...... ⟨se⟩ hostibus inmisit .. | .... *cecid*erunt, | *qu*os imper*at*or *convoc*|*ave*rat ad consilium | ⟨in⟩ *c*ommune capien|*dum*. *A*diunct*am* cohortibus | ⟨turmam⟩ equi*tum* .... pluri|*mi* auctores *o*mittebant | ⟨vel non⟩ nominabant. |

---

1 RTILIU; Gaium Atilium *P* consules *P* (ETM . FABIŪ CŌSULES *idem in adn.*): M ...|SAT .... ULES ⟨duces⟩ *Heerwagen* 2 animis *P* pugna *H in adn.*: ... A (inpetu acerrimo *P*) ERE|... INT; fregerunt *P* 3 ... IOUEBANT; devovebant *H*; ipsos vovebant *P* UIEAM 4 ... RII DEMILIS; ceteri *P* (*addit*: idem ius iurandum praestitere) NECATUS; necatus *H in adn.*; Caius ⟨Attilius⟩ *P* 5 ⟨semet ipsum⟩ *P* IODIERUN. .. OS IMPERIUoRIOSO ..| ... BAT: quos imperium poscebat *P*; quos imperi socios convocabat *H in adn.* 6 ⟨in⟩ *Heerwagen*: ... MMUNE 7 ACIUNCT COROI ..|..... AEQUI .. I . o OPLU ...|..; *cf. Caes. civ. 3, 89, 1* (legioni nonae .... adiunxit octavam); *Liv. 22, 45, 6* (copias suis copiis adiungunt); *Bell. Alex.* (legioni XXXVI duas); *Tac. hist. 1, 31* (legio classica praetorianis adiungitur); ac iunctis copiis ..... equites vero plurimi *H*; iuncta corona .... equites *P* (*pro* cohortibus *desiderat Woelfflin* cortibus) 8 omittebant *P*: MITTEBANT ⟨neque⟩ *H* ⟨nec eos⟩ *P* *Totum locum Heerwagen constituebat hoc modo*: Saepe consules atque duces magnis animis hostem instantem acerrime reiecerunt; semet etiam ipsi devovebant, ut in cladem hostium verteret sua mors, ac vi eam petebant imperi idem ius rati. Uti P. Decius Mus Latino bello cum dis se manibus devovisset, equum hostibus inmisit. Accepimus, ut

⟨Ac de⟩ ordinibus et nomin|*ibus et* numeris ⟨legionum⟩ | *at*que militu*m* ⟨iam⟩ in *su*||perioribus libris dixi. Ve|rum de equitibus non | omittam, quos Tarqui|nius it*a* *instituit*, *ut prio*|res equites binos equos | in proelium ducerent. | Ea*m* co*nsuetu*dine*m* *Lace*daem*o*ne *cultu Castoris* in Ita|liam ve*nisse*, ⟨quem duos⟩ celsos | dice*bant* con*tinere*. ⟨Verum⟩ *Ther*|am*p*nis Cas*toris* et Pol|*l*ucis simulacra σειραίους | equos habent nullos. | *Sa*tis ⟨habeo antiqui⟩ *ill*ius | *f*ani admonuisse, ⟨etsi⟩ |scio, quo*d* Spartiatae ar*tifices* quidam | *ἀνίππους fingebant*, a|l*ii καλλίπ-*

---

3 quos Tarquinius ita instituit] *cf. Cic. de rep. 2, 20, 36*: . . . prioribus equitum partibus secundis additis M ac CC fecit equites numerumque duplicavit. *Liv. 1, 36*: neque tum Tarquinius de equitum centuriis quicquam mutavit, numero alterum tantum adiecit, ut mille et octingenti equites in tribus centuriis essent. *Cf. etiam Florus 1, 5, 2.*

---

cives senes, ubi Galli urbem intraverunt, in suis aedibus se devoverint. Trecenti vero olim in Sicilia obierunt mortem, quos imperium tribuni evocaverat ad consilium in commune capiendum. Tribuno adiunctum coronae decus gramineae: quis fuisset, plurimi auctores mittebant, Caedicium nominabant alii.

1 de *P* et (*ante* numeris) *H*: .I (numerisque *P*) legionum *H in adn.*; tribuum *P* (*aut* centuriarum *idem in adn.*) 2 atque *P*: IIIQ·; armisque *Madvig* ⟨iam⟩ *P* superioribus *H*: . . . || PRIORIB· 3 CUIT . P . CIPL IT *cf. Aurel. Vict. vir. ill. 2, 11* (tres equitum centurias instituit); multiplicavit ita *Woelfflin*; ita constituit *P*; duplicavit ita *H* 4 ut priores *P*: IIO|RES 5 eam consuetudinem — venisse *Woelfflin*: EACOoNIIRFESDINERIS D|E ˎINEIU . . . . cTTTSEI-NITA|LIAMUET . . . E; *cf. infra Heerwageni coniecturam* 6 quem — continere *Wölfflin*: . . . . IDIIELSOS|DICETCONII . . . E; et equites celsos dixerunt *Unger in epistula ad H in praef. p. XXII communicata* 7 Verum Therampnis *Woelfflin*: . . . . . | AMENIS Castoris et Pollucis *P*: CASI-BUSETPOLLICIS 8 σειραίους *Heerwagen et ten Brink*: SIRIOS satis habeo antiqui illius fani *Heerwagen*: EAcISTT . . . . . . IQIIAMIUS | SANI; . . . . . quamvis sani *P* 9 QUOS 10 artifices *Heerwagen*: ARNIDACIET; APNIΔAΣ. et *H*; *ἀρίμαντας* et *Camozzi* *ἀνίππους Heerwagen*: ANIΠΠOS; *ἀμίππους H*; *'Ανιπποστος P* fingebant, alii *Heerwagen*: TCCDIEATALI; eos dicebant, alii *H* *καλλίππους*. Appellati

πους. Appellat*i* | flexuntes a genere | . . . . quod . | . . . vocabant . . | . . *ἐφίππιον* . . .

H: ΚΑΛΛΙΠΠΟΥCAPPELLAT; *Καλλιππους* appellat (flexuntes) *P*; *καλλίππους* appellant. (flexuntes) Camozzi (quos Spartiatae, Amyclaei et quidam alii *ἱππαστάς*, *διμάχας*, *καλλίππους* appellant *Unger in epistula ad H, l. c.*) 1 genere: *sequitur in cod.*: PNIIDILIUM; pensilium *H*; textilium *Heerwagen*; pensilium ⟨corrigiarum⟩ *ten Brink* 2 *ἐφίππιον H*: EPIPHION (flexuntes a genere puerilium, quos Troiam vocabant, ludorum, quoniam ephippion iuvenes militares (ducebant) *Unger l. c.*)

p. 2, 7—p. 3, 2 . . verum de equitibus non omittam, quod Tarquinius fuit auctor, ut priores equites binos equos in proelium ducerent. Eam consuetudinem quidam negant Corintho in Italiam venisse; nec Graecos ea usos. Licet confirmare hoc, quod Amyclis Castoris et Pollucis simulacra siraeos equos habent nullos. Satis habeo antiqui illius fani admonuisse, nam Dioscuros statuariae artifices quidam *ἀνίππους* fingebant, alii *καλλίππους*. Appellat flexuntes a genere textilium, quod flegum vocabant; nam antequam ephippio adsuevit militaris licentia . . . *Heerwagen*.

GRANI LICINIANI

Liber XXVIII.

⟨Antiochus, qui . . . . . . Roma ‖ dimissus⟩ *e*rat, mortuo fra|*tre r*egnavit. Idem agi|*tav*erat bellum poste|*a indi*cere Romanis, sed | *inh*ibitus dicitur ⟨Pers|ei⟩ *reg*is sorte. Perpauc|*is bonis* magna misce|*bat ma*la. Incertae na|*turae* levitatisque su*m*|*mae*, *e*pulis comis|*ans* | *interv*enire, ad

---

1 Antiochus — Roma dimissus] *cf. Liv. per. 41*: Antiochi filius, obses Romanis a patre datus, mortuo fratre Seleuco, qui patri defuncto successerat, in regnum Syriae ab urbe dimissus . . . vilissimum regem egit. 4 incertae naturae] *Liv. l. c.*: adeoque nulli fortunae adhaerebat animus per omnia genera vitae errans, uti nec sibi nec aliis, **quinam homo esset,** satis constaret. 5 epulis intervenire] *Polyb. 26, 1 (Hultsch)*: *ὅτε δὲ τῶν νεωτέρων αἴσθοιτό τινας συνευωχουμένους, οὐδεμίαν ἔμφασιν ποιήσας* ***παρῆν ἐπικωμάζων μετὰ κερατίου καὶ συμφωνίας.*** *Diod. 29, 32*: *καθόλου δ' εἴ τινας τῶν νέων αἴσθοιτο ἀφ' ἡμέρας μετ' ἀλλήλων γινομένους, ἐξαίφνης* ***ἐπὶ κῶμον παρεγένετο μετὰ κερατίου καὶ συμφωνίας.***

---

1 . . . . . RAT (. . . qui Antiochiam advenerat *P*) 2 agitaverat *P*: AGI | . . . ERAT; cogitaverat *Camozzi* postea indicere *P:* POS . . | . . . . . CERE 3 inhibitus *M*: . . . . LBITUS; prohibitus *H* Persei regis *Keil*: OSOG | . . . . NIS; Apollinis *H in adn.*; Osogoae Iovis *Meinecke*; Macedonis *Keil*; praematura morte *C. G. Schmidt* 4 bonis *M*: . . . NIX miscebat *P*: MISCE | . . . mala: . . ΛA; *cf. Sall. Iug. 85, 23*: maiorum gloria . . . neque **bona** neque **mala** eorum in occulto patitur; *ibid. 73, 4*: in utroque magis studia partium quam bona aut mala sua moderata; vitia *M*; *cf. autem Liv. 21, 4, 9*: has tantas viri virtutes ingentia vitia aequabant; *item Sall. Cat. 11; Nep. Paus. 1, 1*; *Val. Max. 6, 2, 1* naturae *M*: NA | . . . . S 5 summae *M*: SUL | . . . epulis comisans intervenire *H*: RULISCOMISABAR | . . . . ENIRE; . . . . . comissabundus venire *M*

sympho|*niam* n*u*dus saltare, | *ba*lneas publice petere | . . . . perfusus ungue*ntis*.

Asturcone pom|*pam* a*g*ebat et *se* sim|*ulab*at Hierapoli Dian*am* | *ducere* uxorem, et cet|*eris* epula*s* *instruentibus* | ⟨vasa e⟩ sacro protuli*t* | ⟨et⟩ ce*n*atus *de* mensis | ⟨ea⟩ *ab*stulit *in* dotem exc*epto* *anulo*, quem *unum* ‖ omnium ⟨e⟩ deae donis | reliquit. Gracch*o* iter|*um*, cuius paulo

---

1 nudus saltare] *Polyb.* 31, 4: καὶ **τῆς συμφωνίας προκαλουμένης** ἀναπηδήσας **ὠρχεῖτο** καὶ ὑπεκρίνετο μετὰ τῶν γελωτοποιῶν. *Diod.* 31, 16: **τῆς συμφωνίας προκαλουμένης** ἀνεπήδα **γυμνός,** καὶ τοῖς μίμοις προσπαίζων **ὠρχεῖτο.** balneas petere] *Polyb.* 26, 10: **ἐλούετο δὲ κἂν τοῖς δημοσίοις βαλανείοις,** ὅτε δημοτῶν ἦν τὰ βαλανεῖα πεπληρωμένα, κεραμίων εἰσφερομένων αὐτῷ **μύρων τῶν πολυτελεστάτων.** 3 Asturcone — agebat] *cf. Polyb.* 31, 4: ὁ δὲ χειρισμὸς ἐγίγνετο τῶν πραγμάτων ἐ. αὐτοῦ τοῦ βασιλέως. **ἵππον γὰρ ἔχων εὐτελῆ παρέτρεχε παρὰ τὴν πομπήν,** τοὺς μὲν προάγειν κελεύων τοὺς δ' ἐπέχειν. *Diod.* 31, 16, 2: . . . παρέτρεχε γὰρ παρὰ τὴν πομπὴν ἱππάριον ἔχων εὐτελές . . . .

---

